Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

carnium desuper fundi. Quem
aliud significat petra nisi eum de
quo per paulum dicitur petra autem
erat christus. Tanes ergo super
petram ponimus cum corpus nostrum
in christi imitacione cruciamus. Sup-
er carnium desuper fundit quia
in conversacione christi ipsas a se
eciam carnales cogitaciones exi-
namt. Quasi enim res ex carne
ne liquida in petra fundit*ur*
quando mens et a cogitacionum
carnalium fluxu evacuat*ur*.
Que tamen mox angelis virga
tangit quia intencionem nostram ne-
quaquam potestas divini adiutorij
deserit. De petra autem ignis
exit et ius carnesque consumit
quia a redemptore spiritus tanta
cor nostrum flamma compunctionis
concremat ut omne quod est in
eo illicitum et operis cogitacio-
nis exurat. Perfecta enim mens
sollerter invigilat ut non solum
perversa agere renuat sed omne
eciam quod in se per cogitaciones
turpiter liquat*ur* tractat.
libro Job xxx. In capitulo. lx.

Quam per significacionem rei
geste de incarnacione
redemptoris nostri electo-
rumque ipsius miraculis tacite
adventum est. De pugna ge-
deon adversum madianitas
Gedeon cum exercitus multitu-
dine ad pugnam procederet
dicta illi admonicione precep-
tum est ut ad fluvium venientes

De pugna gedeon adv(ersus) madianitas

omnes quos flexis genibus aquas
haurire conspiceret a bellorum
conflictu removeret. Actumque est
ut trecenti viri tantummodo qui stantes
manibus aquas hauserant re-
manserunt. Cum his ergo ad
proelium pergit eosque non armis
sed tubis lampadibus et lage-
nis armavit. Nam sicut illic
scriptum est accensas lampades
miserunt intra lagunculas et
tubas in dextra lagenas autem
in sinistra tenuerunt et ad
hostes suos cominus venientes
tecmerunt tubis confregerunt la-
gunculas lampades apparu-
erunt. Et hinc tubarum sonitu
illinc lampadum coruscacione
territi hostes sunt in fugam conver-
si. De hoc namque bello propheta-
tam dicitur. Iugum enim oneris eius
et sceptrum exactoris eius su-
perasti sicut in die madian. Re-
periens quippe gentilitatem dominus
superavit iugum oneris eius
adventu suo ab illa demonum
tyrannidis servitute libe-
ravit. Superavit et sceptrum
exactoris eius cum regnum
eiusdem dyaboli qui per possessi-
ones peccatorum iniquorum con-
sueverat debita tributa pe-
narum exigere de fidelium corde
destruxit. Quid hoc est quod
tale bellum per prophetam adducitur
ad medium et adventus re-
demptoris nostri istius pugne